

THOMÆ CAMPEGII
BONONIENSIS EPI-
SCOPI FELTREN.

DE COELIBATV
SACERDOTVM NON
ABROGANDO.



et non respexit

Benedictus vir cuius est Dominus spes eius,



in uanitates et in insanias falsas.

VENETIIS, Ad signum Spei. M. D. LIII.

REGINALDO POLO S. R. E.
Cardinali Illustrissimo & Reuerendissimo,& Apostolice Sedis Legato
Thomas Campegius Bononiensis. Episcopus
Feltrensis. S. D.



Ibellum de Cœlibatu, quem quinto ab hinc anno Amplitudini tuæ legendum præbueram duabus de causis apud me retinendum duxeram: tum ne solus in publicum prodiret, cum ei comites pararem, ut simul prodeentes se uicissim tueri possent: tum uero, ut interiecto temporis intervallo, si qua commutatione digna uiderentur, ea agnoscerem, & commutarent. quo quia dem tempore nonnulla detraxi: plura (ut mea fuit opinio) in melius commutavi: quædam, quæ non erant omittenda, etiam addidi. Hoc uero tempore incredibili letitia, qua tota Christiana Respub. exultat ego quoque sum affectus; posteaquam accepi, Dei Opt. Max. munere, ac Serenissimæ Reginæ Marie integritate ac sanctitate, (quæ à uero Dei cultu ueraq; religione nullius quidem autoritate quavis maxima aut impulsu deterreti potuit) esse factum; ut Britanniae regnum, cuius cum Regibus intimo affinitatis vinculo es coniunctus, discubuisse tenebris hisq; obscurioribus ueram lucem conspicere coepit: ac in omnibus frē rebus ad ueram Ecclesiam, quæ unica est omnium Christi fidelium ma-

DE COELIBATV SA:
CERDOTVM NON AB-
ROGANDO, THOMÆ
CAMPEGII EPISCO-
PI FELTRENSIS.

*



Ogit quandoque hominum
puicacia & incredulitas acta
(ut aiunt) a gere, & lumen in-
ferre soli; clarissima scilicet in
dubium reuocare. Sic David
comites eum ex respōsis cœlestibus certissimū
de uictoria & liberatione Ceilæ coegerunt, ut
denuò Deum cōsuleret. Primo Reg. ca. xxiiij.
Sic ætate nostra qui Cœlibatū improbant, &
legem Cœlibatus sacerdotū abrogandam cen-
sent, post tot sanctissimorum Patrum testimo-
nia, post tot sacrorum Conciliorum sanctissi-
ma decreta nos cogunt, ut de his denuò dissera-
mus. De Cœlibatus igitur partibus, de quibus
Dñus Paulus Primæ ad Corinth. cap. vñ. nos
docuit, sermonem habituri statuemus primò
Virginitatem: deinde abstinentiam in matri-
monio: tertio Cœlibatus nobilitatem & utili-
tatem ostendemus: & ex his docebimus non
abrogandam legem Cœlibatus: postremò ad-
uersariorum obiecta dissoluemus.

A

NON ABRONGANDO.

In fideles xxij. q. iij. authores tantum delicti,
& ij quos magis causam delicti esse constituerit,
puniendi sunt. c. latores. De cleri. excom. mi-
nistra.

Ex his igitur, quę differuumus satis perspicueè con-
stare credimus Virginitatis, continentię mari-
talis, & Cœlibatus dignitatem ; iustissimisq[ue]
causis, ausim dicere & necessarijs ab ecclesia
exigi perpetuum Cœlibatum à promouendis
ad sacros ordines: eisdemq[ue] de causis non abro-
gandam legem à tot sanctissimis Pontificibus,
à tot sacratissimis concilijs promulgatam . &
quām infirmę sint rationes, quibus aduersarij
suū errorem stabilire conantur. Gratias itaq[ue]
agimus omnipotenti Deo ; qui nos ad finem
huius laboris perducere dignatus est ; cui ho-
nor, & gloria in sempiterna secula.

¶ Impressum Venetijs.

M. D. LIIIL